

Per Evangelica dicta
deleantur nostra delicta.

In Officio iij. Lect. dicuntur Absolutiones et Benedictiones prædictæ, ordine superius in Rubricis generalibus, et in prima Dominica de Adventa descripto : et in eo, quando non legitur Homilia cum Evangelio, et Benedictiones sumendæ sunt ex iij. Nocturno, prima Benedictio erit :

1 Ille nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat.

2 Divinum auxilium.

3 Ad societatem.

In Officio trium Lectionum, quando legitur Homilia cum Evangelio, prima Benedictio erit :

1 Evangelica lectio.

2 Divinum auxilium.

3 Ad societatem.

Si Officium sit de Sancto trium Lectionum, prima Benedictio erit :

1 Ille nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat.

2 Cujus, vel Quorum.

3 Ad societatem.

In Officio de sancta Maria in Sabbato, Absolutio, et Benedictiones quæ ibidem ponuntur.

RESPONSORIA PRIMI NOCTURNI,

IN PROPRIO DE TEMPORE PONENDA AD DIEM DE QUO DICITUR OFFICIUM.

Pro uno Martyre.

1. Iste Sanctus pro lege Dei suicertavit usque ad mortem, et a verbis impiõrum non timuit : Fundatus enim erat supra firmam petram. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. Fundatus.

2. Justus germinabit sicut lilium : * Et florëbit in ætënum ante Dñum. * Plantatus in domo Dñi, in atriis domus Dei nostri. Et.

3. Iste cognovit justitiam, et vidit mirabilia magna, et exoravit Altissimum : * Et inventus est in número Sanctorum.

4. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. Et. Gloria Patri. Et.

Pro pluribus Martyribus.

1. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum : et jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor : * Quoniam priora transierunt. * Non esuriunt, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quoniam.

2. Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Dño, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua : Et ideo coronas triumphales meruerunt.

3. Unus spiritus et una fides erat in eis. Et.

4. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, * Et meruerunt habere coronas perpetuas. * Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni. Et. Gloria Patri. Et.

Pro Confessore Pontifice.

1. Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : * Intra in gaudium Dñi tui. * Dñine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Intra.

2. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo : * Ideo iurjurando fecit illum Dñus crescere in plebem suam.

3. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo.

4. Juravit Dñus, et non pœnitëbit eum : * Tu es sacerdos in ætënum secundum ordinem Melchisedech. * Dixit Dñus Domino meo : sede a dextris meis. Tu. Gloria Patri. Tu.

Pro Confessore non Pont.

1. Euge serve bone,

2. Justus germinabit sicut lilium.

3. Iste, ut ibidem.

Pro Sancta.

¶. i. Si fuerit Martyr. Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dominus præparavit in ætærum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti: * Et cum angelis in paradysum introisti. **¶.** Veni electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam. Et.

¶. j. Si non fuerit Mart. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum: * Quia concupivit Rex speciem tuam. **¶.** Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Quia.

¶. ii. Diffusa est gratia in labiis tuis: * Propterea benedixit te Deus in ætærum. **¶.** Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna: Propterea.

¶. iii. Specie tua, et pulchritudine tua * Intende, prospere procede, et regna. **¶.** Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ætærum. Intende. Gloria Patri. Intende.

PRO COM. DOM. ET FER.

In Adventu.

Ad Vesp. ¶. Rorate, coeli, desuper, et nubes pluant justum. **¶.** Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Laud. ¶. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. **¶.** Rectas facite semitas ejus.

In Domini: per annum.

In j. Vesp. ¶. Vespertina

oratio ascéndat ad te Dñe.

¶. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ab Oct. Epiph. usque ad Septuag. Aña. Suscepit Deus Israel puerum suum: sicut locutus est ad Abraham, et semen ejus, exaltare humiles usque in sæculum.

In Laud. ¶. Dominus regnavit, decorem induit. **¶.** Induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute.

In j. Vesp. ¶. Dirigatur Dómine oratio mea. **¶.** Sicut incensum in conspectu tuo.

In feriali Officio ad Laud.

Feria ij. Aña. Benedictus Dóminus Deus Israel. **¶.** Repleti sumus mane misericórdia tua. **¶.** Exultavimus et delectati sumus.

Hic ¶. dicitur etiam in aliis Feriis.

Feria iij. Aña. Erexit nobis Dñus cornu salutis in domo David pueri sui.

Feria iv. Aña. De manu omnium qui oderunt nos, libera nos, Dómine.

Feria v. Aña. In sanctitate serváimus Dómino, et liberábit nos ab inimicis nostris.

Feria vj. Aña. Per viscera misericórdia Dei nostri visitavit nos oriens ex alto.

Sabbato, Aña. Illuminare, Dómine, his qui in ténébris sedent, et dirige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel.

PSALTERIUM

PER HEBDOMADAM,

CUM ORDINARIO OFFICII DE TEMPORE

PARS HIEMALIS.

DOMINICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum, et omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secreto:

PATER noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo, Amen.

VE Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, et in hora mortis nostræ, Amen.

In principio Matutini, et Prime, ac in fine Completorii, dicitur etiam Symbolum Apostolorum:

Credo in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem

rem caeli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dóminum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex María virgine, passus sub Póntio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo, Amen.

Deinde clara voce dicitur ¶.

Domine labia mea apéries. **¶.** Et os meum annuntiabit laudem tuam. **¶.** Deus in adiutorium meum intende. **¶.** Dómine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. sicut

PARS HIEMALIS.